

## SIMOR JÁNOS BIBORNOK-ÉRSEK KÖNYV- TÁRÁNAK KÉZIRATAI.

DANKÓ JÓZSEFTŐL.

Dankó József, a nagy tudományú esztergomi kanonok, ismert könyvgyűjtő és bibliograf, kinek az utolsó időben jelent munkái „Az esztergomi főegyház kincstáráról“, a „Könyvornamentikáról“ és „A francia könyvdíszről a renaissanceban“ nemcsak alaposságról, széleskörű erudicióról, hanem külső fényes kiállításról, finom műzisérről és előhaladt nyomdászati technikáról tanúskodnak, Simor János bibornok, hercegprimás és esztergomi érsek 50 éves papi jubileumára: „Monimentum Quinquagenarium sacerdotii Eminentissimi Domini Joannis Cardinalis Simor I. R. H. Primatis Archiepiscopi Strigoniensis“ cím alatt, egy fényes kiállítású alkalmi monografiát irt, mely összesen 100 számozott példányban, a szerző saját költségén, jelent meg s nyomdászati kiállítása, szép egyenletes nyomása, izléses homlok- és záróvignettjei és három kitűnően sikerült (fénynyomat, polychrom és rézkarcz) műmelléklete miatt a nyomdászat kiválóbb termékeihez tartozik.

A munka latin nyelven van írva, nagy nyolczadrétben 63 számozott lapból áll s pergamen borítékkal és kétféle czimlappal bír. Az első czimlap a következő: *J. Dankó. E. M. S. Canonici binae disquisitiones, quarum prima: De his quae Eminentissimus D. Cardinalis J. Simor ad decorem et cultum Basilicae Strigoniensis altius evchendum nuperrime egit, narrat, altera De suppellectile libraria theologica bibliothacae, quam Eminentissimus Dominus in usu suo collegit, commentatur. Scriptio Recolendae*

*dici festis. s. Apostolorum Simonis et Judae quo E. D. Cardinalis ante hos annos quinquaginta S. presbiteratus ordinem suscepit sacra. Accedit effigies Eiusdem E. D. C. aeri insculpta et duae tabulae. Strigoniæ 1886.*

Ez után még egy czimlap és a szöveg következik, melyben a tudós szerző két értekezésben a primásnak az esztergomi basilika befejezése, restaurálása és helyreigazítása körüli érdemeit és áldozatait klasszikus latinsággal eseteli, a második részben pedig annak 40,000 kötetnyi theologiai magánkönyvtáráról szól, melyet az 100,000 frtnyi költséggel alapított s nagy áldozatkészséggel tart fön. Dankó e könyvtárt fő vonásaiban ismerteti s a kéziratgyűjteményből 14 kiváló kéziratot teljes bibliografiai apparatussal ír le. Ezek között van 6 magyarországi vonatkozású, köztük: Pruis János váradi püspök XV. századbéli Pontificaléja és *Csáky Francisca grófnő Clarissa apáczának imádságos könyve* a XVII. sz.-ból, melyeket a szerző tüzetesen ismertet. A műmellékek közül az első a basilika kupolájának keresztmetszetét tünteti föl sikerült fénynyomatban, a második sz. Adalbert ereklyetartó kapocsnak hű másolatát adja polychromban, a harmadik pedig a primás arczképét mutatja kitünő rézkarcban. Az utolsó záró vignetta hű képét adja ama gyűrűnek, melynek tervrajzát Lippert József lovag, királyi tanácsos és primási építész készítette s a primásnak jubileuma alkalmából ajánlotta. A munka, mint nyomdászati termék is magas színvonalon áll, csak azt sajnáljuk, hogy a bécsi Holtzhausen s nem valamely előkelő hazai nyomda műhelyében készült. A füzet, mint szakmunka irodalmi színvonalon áll s egy befejezett egésznek képez. Azt hisszük, hogy amaz alkalmi iratok közt, melyek Simor János jubileuma alkalmából napvilágot láttak, Dankó József munkája, a legkiválóbbak egyike lett.

Ezen munkából mutatjuk be itt olvasóinknak Simor János bibornok-érsek kéziratgyűjteményének czimeliáit azon latin leírásban, a melyben azokat Dankó József szakszerűen ismerteti.

A kéziratok szakszerű leírásánál a terminologia európaszerte *túlnyomóan latin levén*, olvasóink indokoltan fogják találni, ha a szakférfiak kedvéért, a kéziratok leírását minden megeskötés nélkül latinul adjuk, illetőleg azt Dankó József munkájából

egészen átvesszük és kijelentjük, hogy a munka becsületére válik szerzőjének. A kéziratok leírása itt következik:

s—i.

1. Codex membraneus, liturgicus, latinus, saeculi XIII., foliorum 47, 122×94 mm., pulchre scriptus rubricisque distinctus. Continet partem Breviarii, quae vulgo ‚*Proprium Sanctorum*‘ inscribitur, ab Annuntiatione Domini B. Mariae V. ad festum S. Michaelis Archangeli. Codicem hunc coenobio cuidam s. ordinis Cisterciensium deservisse monstrat f. 33' officium S. Bernardi Claraevallensis († 1153). In primo folio manu propria adscriptum legitur: Bibliothecae Joannis Cardinalis Simor illatus 1870.

2. Codex membraneus latino-germanicus, saeculi XIV., foliorum 234 iam antiquitus bene numeratorum, 100×70 mm., nitide scriptus, rubricis miniatis, item literis quibusdam initiorum rudi opere pictis distinctus, *precatorius* est, sequentis argumenti: Praecedente Calendario, in quo sicut et in litanii post septem Psalmos de poenitentia dictos multa Coelitum nomina leguntur, quorum cultus in Germania australi viget, sequuntur quaedam rubricae sive monita de pietatis exercitiis, lingua vulgari theotisca exaratae. Incipit f. 15 ‚Dasz ist der Salter vo unser herren Barmhertzaichait.‘ Miserere mei domine et exaudi orationem meam in multitudine misericordie tue. E. s. p. Post descripta minio septem gaudia B. Mariae Virginis 25 ‚Daz sint die acht freyd vnser vrowen‘, succedit f. 27 Horarium eiusdem germanicum: ‚Daz sint die siben tagzeit teutsch.‘ Sequuntur Officium parvum B. Mariae V. Missa votiva de Beata; Officium defunctorum explicatio cerimoniarum Missae; Psalmi ‚Verba mea‘ et ‚Deus Deus meus‘; orationes, Sancta Maria per illum gladium doloris‘, item aliae ad S. S. Trinitatem, S. Spiritum; septem Psalmi poenitentiales, denique preces variae, inter quas aliquae pro redemptione animarum ex igne purgatorii. Ligatura gaudet ligularum tabularum corio rubro obductarum, saeculi XV. exeuntis. Imac folii primi margini inscriptum est: E bibliotheca Joannis Card. Simor AEppi. Strigon.

3. Codex membraneus, *liturgicus*, latinus, saeculi XV. ineuntis, foliorum 82, 110×80 mm, eleganter et luculenter scriptus et titulis rubris distinctus. Singula partium initia, sed et

versiculorum principia litera inaurata et picta ornantur. Est *Horarium* sequentia complectens: Incipiunt hore beate Marie *vgis* secundum consuetudinē romane *eccl.* Has excipiunt: septem psalmi *penit.* et Letania, in qua *S. S. Lupe, Amande, Christophore, Nichasi* cum sociis, *Gereon* c. s., *Ludovice, Leonardae, Egidii* invocantur, quibus invocationibus manifeste Belgium respicitur. Finem imponit Psalmus: Deus in auditorium meum c. c. et diversae collectae. Membrana libelli est subtilissima.

4. Codex membraneus, *liturgicus*, latinus, saeculi XV., foliorum 198, 120×55 mm. perbelle exaratus, literis initialibus auro, coloribus pictis et aliis ornamentis calligraphicis speciosus. Ad libros *precum* refertur, eidemque sequentia insunt: Kalendarium in quo sicut et in litaniis leguntur, nomina Sanctorum Coelitem, quorum cultus in *Gallia* viget; praeterea cum quaedam admonitiones lingua gallica scriptae inveniantur, librum ad Galliam pertinuisse ibique exaratum fuisse coniecimus. Dolendum pluribus in locis quaedam folia desiderari. Ad normam Horariorum, quorum pulcherrimae editiones saeculo XV. ad finem vergente et primis saeculi insequentis decenniis in Gallia excusae visuntur, in principio initia quatuor Evangeliorum leguntur. Cetera sunt: *Horae* B. Mariae Virginis, Officium: mortuorum, S. Spiritus, S. S. Passionis, post quod sequitur Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Johannem. Modus vivendi: preces matutinae et per diem, Officium abbreviatum B. Mariae Virginis pro Sabbato, Psalmi poenitentiales cum litaniis, Officium dominae nostrae ad causam passionis sui filii. Varias preces sub missa et orationes ad Christum, Spiritum s., Deiparam Sanctos Sanctasque Dei. Memorari meretur distinctim theca, in qua liber iste ligatus est ex argenteis lamellis rubro smaltatis colore, super quas exhibetur opus argenteum reticulatum cum ornamentis florum stili s. d. renascentis. In fibulis autem quibus clauditur, insculptus habetur annus 1504 perfecti tegumenti et monogramma F. L. J. Ad bibliothecam Wartinbergensem principum *Biron* in Silesia hunc codicem pertinuisse docet inscriptio, et numerus 20, quo signatus existit. Penultimo folio legitur dedicatio: Pragae 7. Sept. MDCCCXVII. Princip. *Bertae de Rohan* in memoriam intimae venerationis Princeps *Biron de Curlandia*; super hac vero adno-

tatio: pretiosum hunc codicem veni expositum emit suumque fecit *Joannes* Cardinalis *Simor* Aapp. Strigon. Ultimum folium repraesentat satis eleganter pictum stemma gentilitium familiae *Rohan* h. ae.

5. Codex membraneus, *scripturisticus*, latinus, saec. XV. exeuntis, foliorum 224, 93×50 mm., nigro rubroque caractere varius, literis minutis lectuque difficillimis scriptus, sed et temporum iniuria haud parum adfectus. Primis foliis variae preces pro peccatis, in ordinatione presbyteri, monita et alia reperiuntur, a recentiore manu, inter ea versiculi:

Ter quinquaginta david canit ordine psalmos

Versibus bis mille sexcentis sex canit ille.

Fol. 3—133'. sequitur fere integrum *Psalterium*. Initium sic habet: ,Iste [1] primus psalmus ideo non habet titulum quia capiti domino nostro salvatori dedicatus est, nec debuit preponi, sanctam enim eius incarnationem vitamque impiorumque ultionem iusinat. Incipit liber psalmorum ymnorum vel soliloquiorum prophetae david de Xristo. Ducto deinde a primo Psalmo initio, cuius prima litera B. coloribus picta cernitur, exhibet *Psalterium* iuxta versionem *Vulgatam*. Plurimis Psalmis subiectae sunt orationes iis similes, quas ex variis libris officiorum ecclesiasticorum conquisitas edidit *G. Cassander* theologus multiplex doctrinae genere excellens. Interim multi Psalmi cum in marginibus tum inter lineas instructi sunt glossis, quarum pars a prima, maior ab altera seriore et rudiore manu, fugientibus interdum iam nunc literis exarata fuit. Pars secunda codicis, quae a fol. 134—217' protenditur, est congeries quaedam, alphabetico ordine disposita locorum S. Scripturae, sive *Concordantia* locorum S. S. sed. mutila. Inchoatur cum voce: ,Bona Is. V<sup>o</sup> Vae qui dicitis bonum'; et finit: ,Vidue Jeremiae V. Causam vidue ñ iudicaverunt. Unum foliolum 119 ad suprafatum *Psalterium* ligatoris oscitantia translatum invenitur; sicut vicissim fol. 218 in quo legitur Psalmus 37 a v. 13 seq. Libellum claudit vox *Zophistice*. *Eccli.* [37,<sub>23</sub>]. Demum sequuntur diversae orationes, hymni, invocationes serius adscriptae. Sic f. 223 ,*Kegielmes uram Jesusom lig irgalmas kegm lelkemnek is zobodich a pūculbol engem.* Imperitus quidam saec. XVII. f. 25' adnotavit: Nonnulli dicunt hoc *Diurnale* fuisse S. Pauli primi *Eremitae*.

6. Codex membraneus, latinus, saeculi XV. exeuntis, foliorum 162, 200×140 mm., inter sic dicta *Horaria* referendus. Praetextum est Kalendarium, marginibus inauratis pictisque festive exornatum, in quo multi Divi in Gallia praecipue culti cum Sanctis Belgio indigetibus leguntur: unde librum in *Gallia* artis huiusmodi pictoriae exeunte saec. XV. et ineunte s. XVI. sede, pro *Belgio* curatum esse credimus. Rubricatus, crasso caractere gothico exaratus. literis initiorum laborioso artificio coloratis inauratisque, olis foliorum cum figurarum tum eleganti florum ornatu decoris illustris existit. Insunt praeterea duodecim biblicae icones maiores, iis simillimae, quae eo fere tempore, et deinceps in Gallia ligno incisae, *Horaria* ornant. Decem minores imagines in literarum initialium corpore ad *Collectas Sanctorum* visuntur. Juvat argumenti indiculum his texere: *Horae* s. *Crucis*, s. *Spiritus*, *B. Mariae Virginis*, *Psalmi de poenitentia* cum *litanis* et consuetis orationibus, post quas sequuntur diversae invocationes *B. Mariae V.*, *Sanctorum Sanctarumque Dei*, demum officium *Defunctorum*. Thecae coriaceae, coloris nigri, paulo recentioris in anteriori parte, literis maiusculis s. d. aldinis, in margine summa bibliopega impressit nomen: *Marie de Qvarobe*, in ima *Madame de Roselle*; in posteriori tegumento supra legitur *Margverit Le Pojvre*, *Madame de Bowegnie*, in medio vero utrobique annus 1584. In ultimo folio scripta est manu propria sequens nota: In Belgio venalem hunc pretiosum codicem emit suumque fecit 1885. *Joannes Card. Simor*.

7. Codex membraneus latinus, liturgicus, saec. XV. ad finem vergentis, foliorum antiquitus numerorum CLXIX. sed revera 179, 340×240 mm., liber *Pontificalis* bonae notae, splendidum artis graphicae simul et pictoriae *italicae* monumentum, per duas columnas in membrana forti, luculento caractere gothico exaratus, rubricatus et miniatus bibliophili munificentia omnino magnifice adornatus. Praevia septem folia, praeter indicem libri s. n. 'Tabula libri pontificalis incipit feliciter', diversas orationes, item promiscuas adnotationes variis temporibus factas [1513, 1521, 1523] continet. Initium sumit folio octavo, quo Titulus voluminis: 'In nomine domini summi et eterni dei nostri Jesu Christi. Incipit pontificale secundum novum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae compositum per sanctissimum patrem domi-

num *Johannem* papam XXII.ª, forma sive iugamento pulcherrimo includitur. Ora superior huius exhibet Salvatoris benedictis imaginem, inferior insignia episcopalia: tres sagittas in campo caeruleo. Latera a dexteris et a sinistris animalia symbolica continent. Tota forma cum geniis et floribus, in stilo s. d. renascentis aevi, variis coloribus et auro ornata est. Insuper conspiciuntur viginti et una literae initiorum maiores inauratae, in quorum corpore icones, quae agenda pontificalia referunt, pictae fuere; adsunt etiam minores initiales aequae coloribus, et auro, eleganter ornatae. Praeter tres consuetas Pontificalis romani partes, quae fol. 4. s. in tabula praefixa recensentur, inde a f. CXXXV. v. 142 n. n., quo de ordinatione diaconissae agitur, usque ad f. CLIX. v. 166 n. sequuntur varii generis benedictiones, quae alias in ritualibus sive agendaris continentur, has demum f. CLX. v. 167 n. excipiunt aliae solennes benedictiones per anni circulum. Finem imponit f. 177 n. ‚Benedictio Nubentium‘, scripta a recentiori quodam librario, qui se f. 179 sic indicat: Hic incepit hanc scribere scripturam F. Jo(annes) orate pro eo. Cetera ordo romanus ad benedicendum Imperatorem f. 53 in iuramento habet: Ego *Karolus* rex bohemie futurus imperator. Ego *Karolus* [Carolus h. n. IV. 1347—1378] rex romanorum annuente domino futurus imperator. Folio CLIII. v. in forma: ‚Admonicio quam facit episcopus in consecratione ordinandorum, antequam ordinentur‘, legitur: ‚Nos *Johannes* permissione diuina episcopus ecclesie *waradinensis* generalem ordinationem celebrare ad praesens in nostra ecclesia waradiensi in missarum solenniis intendentes‘ e. c. Ex hoc formulari admonitionis hucdum perperam coniciebatur, librum hunc pontificalem inter codices patrios liturgicos facile principem, in usus *J. Vitézii* exaratum fuisse; interim *Joannem de Pruisz*, alias *Filipecz*, qui Ecclesiae Varadinensi ab anno 1476—1490 praefuit, et a rege *Mathia Corvino* ad Episcopatum Olomucensem translatus est, intelligendum esse docet scutum sive insignia episcopalia in ima margine tituli picta, quae eadem esse reperiuntur cum iis, quae in epitaphio 1509 mortui *Joannis de Pruisz*, Hradistii apud Moravos, in Ecclesia P. P. Franciscanorum conspiciuntur. *Joannes* Episcopus Varadinensis, qui teste *P. Ranzano*: ‚ecclesiam cathedralem [varadinensem] pretiosis libris, quos vocant graduarios et antiphonarios, omni ex

parte adeo mire exornatos, ut magni ac ditissimi alicuius regis dicata Deo dona possint non immerito iudicari, posita dignitate episcopali, institutum S. Francisci, cuius regulam cum testamento ei. S. O. A. D. 1498 manu sua propria ornate perscripsit, ingressus est. Coopertorium eximii huius codicis, quem Capitulum collegiatae Ecclesiae Posoniensis Eminentissimo Cardinali gratitudinis ergo obtulit, e tabulis ligneis corio coccineo tectis, inter multiplicia auri ornamenta decoratur magronommate *I. H. S.*, aetatem Cardinalis *Pázmány* refert, quem sacramentarium s. d. Bolduense, olim veteris Capituli Budensis, antiquissimum liturgiae et literaturae hungaricae monumentum Capitulo eidem dono dedisse constat.

8. Codex chartaceus, germanicus, saeculi XVI., foliorum 143, 110×75 mm., nitide scriptus, titulis et literis capitalibus miniatis, rubricatus, in ligatura membranea coeva. Continet collectionem diversarum *meditationum* et *precum*. Praecedit: ‚gar ein schon betractung von den funff hertzenleydē marie vnd hat dz zusammēgesetzt ein andechtignr vat. pdgr ordens aus dē heiligē lerer‘. 1—108. sequitur: ‚Ein schon loblich rosen-erantz von der Junkfrawen Maria‘. 109—130. Agmen claudit praeconium paschale in latino textu et translatione theotisca. 132—142.

9. Codex chartaceus, latinus, liturgicus, saec. XVI. ineuntis, fol. 75, 210×150 mm.; ab una eademque manu luculente exaratus, rubricis distinctus, magna pars ocurrentium antiphonarum notis musicis signata est, initia sapitum literas coloribus pictas exhibent. *Agenda* ecclesiastica, sive cerimoniarum, benedictionum aliorumque rituum liber est, cuius argumentum ex indice fol. I praefixo innotescit, qui sic habet: ‚Sequitur Registrum istius agenda a principio usque finem. Aspersio aquae dominicis diebus. A. Baptismus puerorum. B. Benedictio aquae per se. C. Benedictio mulieris post partum. D. Benedictio sponsae. d. Visitatio cum corpore Christi. E. Cum sacra unctione. E. Ad exitum cum videbitur. ff. Conductus minor. G. Benedictio aquae in vigilia Epiphaniae. hh. In purificatione Beate Marie. I. In die Cinerum. K. In die Palmarum. ll. In parasceue cantus. M. Sabbato in vigilia Pasche. N. Benedictio Cerei. O. Eodem die benedictio aque. P. In sacra nocte. Q. Ad processionem in die pasche. R.

Benedictio ovorum et caseorum. S. Benedictio super peregrinos. T. Benedictio avene in die Stephani. V. Benedictio vini in die Johannis apostoli. X. In die Assumpcionis Beate Marie. Y. Multum differt haec agenda, quam ad Archidioecesim Pragensem pertinuisse suadent inserta Litaniis O. O. S. S. f. 10' et 11 nomina Viti, Wenceslai, Adalberti, Stanislai, Procopii, Ludmillae coelium, ab aliis, praesertim hodie receptis libris ritualibus. Sic f. 7' baptismus cum trina immersione praescribitur: *Ego te baptiso, merget primo, In nomine patris, merget secundo: et filii, merget tercio: et spiritus sancti.* In Vigilia Epiphaniae aqua post missam benedicenda praecipitur, et ritus antiphona f. 23'. *Fontes aquarum sanctificati sunt Christo apparente in gloria orbi terrarum* etc. inchoatur. Benedictiones cereorum, quae in cappa nigra fieri debuit et palmarum haud parum differt ab his, quae in Missali Romano habentur. Memorari meretur cerimonia deferendi Christi crucifixi imaginem ad sepulchrum in parasceve. Qua de re f. 50' legimus: „Et sic missa peracta descendunt ad locum, ubi crux est cum vexillis cereis aqua benedicta cum incensu crucem deferentes ad locum sepulchri. . . Cruce igitur collocata cum reverentia a presbitero aspergatur et incensatur substrato uno corporali et alio tegitur, apposito lapide incipit responsorium: *Sepulto Domino* etc. cum oratione *Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum*' etc. In praeconii paschalis pericope illa: *Precamur ergo te Domino* etc. sequitur: *et gloriosissimo principe* etc. Ordo in s. nocte Resurrectionis D. N. J. C. servandus f. 63 his verbis describitur: „In Sacra nocte omnes clerici vadant ad processionem ad sepulchrum et episcopo vel plebano incipiente legunt psalmum *domine quid multiplicati*, post *gloria patri* canitur haec antifona voce submissa:“ *Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius.* Hanc excipit versiculus et tres orationes, in quarum fine rubrica dicit: „Deinde aspergatur et thurificetur et ferentes ipsum crucifixum cantent in processione antifonam: *Cum rex glorie*, et collocata cruce ante altare in choro facit venias totus clerus more consueto. V. *Surrexit dominus*, Or. *Deus qui nos resurrectionis dominice*' etc. F. 67. praeter benedictiones casei et ovorum reperitur quoque illa *primo carni*um, 68. panis. Cur calligraphus f. 53 post liturgiam feriae sextae in parasceve magnis literis adnotaverit: *Respice finem 1528.* „et tamen cur-

rente calamo praesens obsequiale continuaverit, explicare non valemus.<sup>4</sup>

10. Codex chartaceus, hungaricus, saeculi XVII. exeuntis, foliorum 183, 94×76 mm. Inscriptione gaudet a manu saeculi sequentis huius argumenti: Venerabilis Matris *Franciscae Csáki* natae Comitissae Ordinis S. Matris Clarae Conventus Posoniensis Santimonialium Clarissarum quondam Abbatissae manuale propria manu scriptum. *Eva Francisca C. Csáky*, ordinem s. Clarae 1669. Posonii ingressa, hunc ipsum Pestini et Budae introduxit, ubi 4. Februarii a. 1729 pie in Domino obiit. Reperiuntur in hoc libello praeter preces consuetas quotidianas, ordo exercitiorum: „Az Exercitiumnak rövid summában foglaltatott egész Rendről.“ Post varias orationes ad Sanctos Sanctasque Dei pro quindena dierum, Tizen Eöt napi Exercitiumra valo Patronussok, sequuntur meditationes: Igen *Szép Reggeli* elmélkedések a sz. Evangéliumból. Litaniae de Passione, ss. Rosalia, Eligio, Devotio ad s. Franciscum Xaverium, Litaniae latinae: ut Deo voluntas fiat, supplicatio pro animabus in purgatorio existentibus.

11. Codex chartaceus, saec. XVIII. ineuntis, foliorum 220, sive paginarum 440 numeratarum, e quibus duae i. e. 433 et 434 desiderantur. Reliquae a p. 335 ad finem, indicem libri continent, 332×367 mm., liber inter sic dicta *Antiphonaria* referendus per integrum notis musicis distinctus est, literis initiorum satis bene coloratis. Partes potiores eius sunt: Praetextae sunt Antiphonae a Sabbato ante Dominicam I. Adventus usque ad Dominicam V. Novembris, sequuntur illae, quae in a I<sup>a</sup> Adventus ad XVIV. post Pentecosten habentur ad Vesperas. Insunt a p. 85—154 antiphonae quae per triduum maioris hebdomadae in s. d. Matutino tenebrarum cantantur, desunt tamen ad Laudes, praeter illam ad Benedictus. Reperiuntur quoque responsoria IX. lectionum et quidem insertis notis musicis. Succedit Proprium Sanctorum, quod p. 236—239 continet antiphonas Festo *S. Pauli Patris Nostri* primi Eremitae privas; unde coniiicitur antiphonarium hoc alicuius coenobii Paulinorum fuisse.

12. Codex chartaceus, latinus, per saec. XVI—XVIII. a rectoribus Societatis Jesu, Collegii Tyrnaviensis p. t. existentibus scriptus, foliorum 250, sed e quibus inde a folio 72 ad finem usque omnia vacua, 200×150 mm. Titulus libri antiquus sonat:

Liber VII. Ordinationum divisus in 5 partes. I<sup>a</sup> Pars continet ordinationes perpetuas P. P. Prouincialium communes Provinciae [1599—1723], sive monita quaedam ex memoriali, quae Praepositi post congregationes prouinciales [1599; 1603, 22, 25, 28, 36, 39, 42, 45, 49, 51, 55, 58, 60, 65, 69, 72, 75, 78, 81, 85, 90, 93; 1700, 5, 23] reliquerunt a P. Generali approbata et superioribus memorialis loco commendata. Ex his attentione digna sunt sexdecim capita Historiae, in librum Historiae cuiuslibet Collegii aut Domus, ex rebus quolibet anno in eo gestis referenda. P. 234. Interim iuxta inscriptionem, quae in dorso ligaturae coevae membraneae legitur, duae adhuc Partes primam sequi debuissent, quarum una exhibuisset: ordinationes Prouincialis cum Generali non communicatas, proprias Collegio *Tyrnaviensi*; altera ordinationes perpetuas P. P. Visitorum eidem proprias, sed harum omnium nihil illatum fuit.

13. Codex chartaceus, latinus, foliorum 367, e quibus multa per integrum alba, 190×145 mm., hoc titulo insignitus: 'Ordinationes maioris momenti'. Huius libri sunt tres partes. I. Pars continet ordinationes maioris momenti et perpetuas, quae a Generalibus mittuntur nec excuduntur. In his leguntur ordinationes Praepositorum Generalium Societatis Jesu: *Claudii Aquavivae*, *Matii Vitellesci*, *Vingentii Carrafa*, *Francisci Piccolomini*, *Gosuini Nickel*, *Michaelis Angeli Tamburini* annis 1598—1724. ad Prouinciales Austriae dimissae. Sequitur libri I. Pars 2<sup>a</sup> 'Visitationes Collegii a Generali approbatae'. Ordinationes ex antiquis Memorialibus Collegiorum a Patre Nostro approbatis excerptae, et peculiare toti Provinciae commendatae a R. P. *Florentio de Montmorency* Visitatore per Austriam. Has excipiunt: Consuetudines Provinciae Austriae ab adm. R. P. N. recognitae et approbatae Anno 1640—1699. Demum libri I<sup>mi</sup> pars 3<sup>ia</sup> Ordinationes Prouincialium cum Generali communicatae. Huius partis duo sunt membra. Prius continet iam dictas ordinationes. Posterior continet responsa N. Patris ad quaesita particularia Collegii vel Provinciae extra tempus procuratorum datae. Et quidem in primo comprehenduntur ordinationes annorum 1601—1661, in secundo autem a. 1602—1749.

14. Codex chartaceus, latinus, foliorum 268, 197×145. Titulus dicit 'Liber Votorum tam solemnium quam simplicium'.

Dividitur liber in sex partes. Revera autem septem partes recensentur et quidem: I. continet quatuor Votorum professos; II. trium Votorum professos; III. promotos ad Ordines; IV. Coadiutores spirituales formatos; V. Coadiutores temporales formatos; VI. Scholasticos approbatos; VII. Coadiutores temporales non formatos. Universi hi elenchi facti sunt in commodum Collegii *Tyrnaviensis* S. J. Praemissa formula quatuor votorum solemnium, votorum simplicium, abdicandi se bonis, recitantur nomina, locus, tempus et ille in cuius manibus emissa fuit professio. Primus *Alexander Dobokay*, Sellyae in Ecclesia S. Margaretae 2. Februarii a. 1603 coram Provinciali Autsriae *Alphonso Carilly* professus est. Qui a *Casparo Cozma* 27. Maii 1640 in manibus *G. Forró* rectoris vota nuncupanti succedunt omnes Tyrnaviae idem praestiterunt, horum ultimus vocatur *Jac. Rochel*, 2. Februarii 1773 coram *P. A. Jaszlinszky* rectore professus. Parte II. ab a. 1643 14. Jan.—24. Febr. 1680 tantum quatuor commemorantur. Ex ordinatis, qui ab a. 1636—1770, recensentur, plurimi Tyrnaviae, perpauci aliis in locis promoti sunt ad s. ordines. Idem valet de s. d. coadiutoribus spiritualibus formatis, per annos 1602—1741 enumeratis. Coadiutorum temporalium nomina ab a. 1619—1773; scholasticorum approbatorum ab a. 1600—1766, demum temporalium coadiutorum non formatorum ab a. 1601—1769 recensentur. Adnotare oportet nomina professorum manu propria infra formam professionis scripta existere.

